

³² futuram post mortem plebis iram, atq; odium sempiternum. Antiquorum re- A
 gum uiuendi mos hic maximè fuit. Aegypto omni in plures partes, quarum
 qualibet Græco uerbo *νομα* appellabatur, diuisa, cuilibet prætor aderat, qui
 omniū haberet curam. Aegypti uectigalibus trifariâ partitis, priorem portio-
 nem percipit collegium sacerdotum, magna apud incolas auctoritate, tum pro-
 pter deorum curam, tum propter doctrinâ, qua plures erudiunt. Hanc partē
 tum ad sacrificiorū ministeria, tum ad priuatæ uitæ cōmoda impartunt. Neq;
 enim deorum cultum omittēdum putant, neq; publici consilij utilitatēq; mi-
 nistris æquum censent uitæ cōmoda deesse. Ad sunt enim grauib; in rebus
 hi semper consilio atq; ope regibus, tum astrorum peritia, tum uerò sacrificijs
 futura prædicentes. Ex libris præterea sacris priorum gesta referunt, quib;
 reges in agendis noscant quæ sint profutura. Non enim, quemadmodum apud
 Græcos, unus homo, aut unica mulier sacris præest, sed plures in cultu deorū
 honoreq; uersantur, qui eandem sacrorum curam filijs tradunt. Hi omnes im-
 munes sunt, secundumq; post reges honoris dignitatēq; locum tenent. Altera
 portio ad reges peruenit: quam & ad bella, & ad uitæ cultum, tum ad libe-
 ralitatem erga strenuos uiros pro meritis impendunt. Quæ ex re fit ut popu-
 lares nullo grauentur tributo. Tertiam percipiunt milites, & qui belli sunt in-
 stituti ministerio: ut hoc stipendio accepto paratiorem habeant animum ad
 bellorum pericula obeunda. Iniquum enim foret, ad tuendam cōmunem salu-
 tem intentos, nulla ex ea pro qua pugnant patria, cōmoda percipere. Ea uerò
 præcipua utilitas uidetur, quòd mercede laborum impenfa cum fiant opu-
 lentiores, facilius gignendæ proli operam dant. Quo fit ut referta multitudi-
 ne hominū patria, nequaquæ externo milite egeat. Hoc militandi ordine à pro-
 genitoribus suscepto, parentū uirtutem à pueritia imitati, bellicisq; exercitati
 muneribus, milites egregij euadunt. Est insuper eorum politia in tria hominū
 genera instituta, agricolarū, pastorum, opificum. Agricola parua quadā mer-
 cede à sacerdotibus regeq; aut militibus agros mercati, per omnem ætatem ab
 ipsa pueritia rei rusticæ sine intermissione uacant. Quo fit, ut agricultura cæte- B
 ris tum ob doctrinâ à parentibus perceptam, tum ob continuū usum præstet.
 Norunt enim præ cæteris diligenter agrorū naturam, rigandi, serēdiq; ac me-
 tendi tempora, & fructuum seruandorum cōmoditates, tum parentum obser-
 uatione, tum sua diligētia cognita. Eodem modo & pastores cura atq; arte re-
 gendi pecoris à patribus accepta, semper in eo gubernando ætatē agunt. Mul-
 tum eis conferunt quæ à progenitoribus de pecorum cultu ac pascuis audie-
 runt, à nonnullis etiā quædam suo studio adinuenta. Nam qui aues & anse-
 res nutriunt, præter earum quæ apud alios homines habentur, procreandi na-
 turam, adeo illis indulgent, ut in numerum dictū mirabilem auium euadant.
 Nō enim ouis incubant aues, sed ipsi ingenio et naturali arte ex ouis præter ce-
 terorum consuetudinē educunt foetus. Artes quoq; apud Aegyptios admo-
 dum excultas uidemus, & ad summum perductas. Nam soli Aegyptij opifi-
 ces omiffa rerum publicarū cura, nullum nisi aut legibus permiffum, aut à pa-
 tribus traditum opus exercent: ut neq; eos docentis inuidia, neq; ciuile odiū,
 neq; aliud quid ab instituto impediât exercitio. Alijs in locis licet artificibus
 relicto priori opificio cæteris se dedere, & hos cultui agrorum, hos mercaturæ,
 alios pluribus artibus operam præbere, quidam in ciuitatibus quæ à popu-
 lo reguntur, ad conciones concurrunt, in perniciem ciuitatis precio corrupti.
 Apud Aegyptios si quis opifex ad rempub. accedat, aut plures exercent artes,
 magna multatur poena. Hanc antiquam tum reipub. tum priuatæ institutio-
 nem à patribus traditā, ueteres Aegyptij habebant. Iudicia uerò non casu fie-
 deffe. Nam punire nocentes, auxilium ferre oppressis, optimā ad prohibenda
 mala facinora uitam putant. Poenam uerò delicti aut pecunia aut gratia tolli,
 existi-